

132.

loquitur; Quia loquitur veritatem sapientia
spirat. non sine patre loquitur; De sp̄. non a se au-
dit. quo ex deo omnia; Omnia accipit a patre fi-
lius. quia ipse dixit. Omnia mihi tradita sunt.
a patre meo; Omnia patris habet filius. quia ite-
rum ait. Omnia que pater habet. mea sunt;
Et que accepit ipse per unitatem naturae ex ipso.
pereandem unitatem accepit & sp̄. sicut ipse
d̄ns hic declarat despū suo dicens. Propterea
dixi. de meo accipiet. & adnuntiabit vobis. Quod
ergo loquitur sp̄. filii est. quod dedit filius.
patris est; Ita nihil a se. aut filius loquitur
aut sp̄. quia nihil extra se trinitas loquitur.
Quod si ad infirmitatem sp̄. sci. & quandam cor-
porei similitudinem vilitatis. id deriuare con-
tendas. & iam ad filii iniuriam deriuabis. Quia
& de se filius dixit. Sicut audio & iudico. & non
potest aliquid facere filius. nisi quod uiderit
facientem patrem. Si enim verum est. sicut est
verum quod dixit filius. Omnia que pater habet
mea sunt. & secundum diuinitatem unum est